

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Nuclei evangelici pars festivalis**

**Trautmann, Samuel**

**Wittebergae, 1664**

Oraculum sacrum XVI.

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160375)

Sey frölich und getrost/ der Himmel  
ist dein Theil/  
Doseibst ist dir bereit ein tausentfaches  
Heyl.

IN FESTO PURIFICATIONIS  
MARIÆ.

Ex Ev. Luc. II. 28.

Ut moriens Simeon Christum suscepit in ulnas,  
Sic ulnis FIDEI te quod, Christe! feram.

ORACULUM SACRUM XVI.

Gen. XLIX. 18.

EBRÆUS TEXTUS cum inter lineari  
Pagnini.

Domine expectavi tuam Salutem  
:יְהוָה יְחַוֵּתָהּ קוּמָה לְיִשְׂרָאֵל

Versio vulgata.

Ideo salutare tuum expecto Do-  
mine.

Versio B. LUTHERI.

Herr/ ich warte auff deine Heyl.

NOTÆ.

1. Jacobus h. l. non solum adventum Me-

in carnem exoptat, sed etiam prophetat.  
 er alias enim prophetiarum formas occur-  
 etiam ista, quod futura à prophetis præ-  
 nunciatur formâ optandi, imperandi atque  
 precandi. Vid. B. Glasf. Phil. Sacr. lib. 1.  
 tit. IV. sect. 1. can. 2. p. 223.

2. Hoc dictum non de Simione, qui non  
 us Saluator fuit, sed de Messia est intelli-  
 idum. Hinc in Ebraeo fonte est, **אני מצוה**  
 um tuum. Quod Targum Chaldaicum  
 cre sic exponit: Non exspecto salutare  
 deon filii Joas, cujus talus est temporalis,  
 salutare Samson, filii Manoc, quæ est sa-  
 transitoria, sed exspecto redemptionem  
 risti, filii David, qui venturus est ad accer-  
 dum filios Israel. Hujus redemptionem  
 siderat anima mea. Targum Hierosoly-  
 tanum hæc ita reddit: Dixit pater noster  
 ob: Non redemptionem Gideonis, filii  
 s, exspectat anima mea, quæ horaria est, nec  
 emptionem Simonis, quæ redemptio tem-  
 raria est, sed redemptionem, quam dixisti  
 verbo tuo, quod ventura sit ad populum  
 um, filios Israel, illam redemptionem tu-  
 expectat anima mea. Targ. Jonathæ  
 et mentionem redemptionis Gideonis &  
 onis ita pergit: Sed redemptionem tuam  
 respi-



respicio & attendo Jehovah, quia redemptio tua est redemptio æterna. Quænam autem ea sit, alia lectio (in exemplari Judaico Hanovia excuso) his verbis tradit: Sed redemptionem Mesiaz filii David, qui liberabit filios Israel, & educet ex captivitate, & redemptionem tuam expectat anima mea. Opponenda hæc sunt Judæis, qui hunc locum ad Simsonem, de quo Judic. 13, 14, 15, 16. accommodarunt.

3. Nomen  $\text{וְיָרַד}$  quod à verbo Hiphil  $\text{יָרַד}$  vel à  $\text{יָרַד}$  descendit, tantum in singulari numero reperitur. Vide Esa. LII. 7. LVI. 2. Ps. XCVIII. 1. Chabbac. III. 18. Quò innuitur Christum esse unicum & solum totius mundi Salvatorem contra Pontificios, qui opus redemptionis Mariæ adscribere non verentur. Sic enim Mariæ lib. 1. c. 3. Fuit Dominus cum Mariæ, & ipsa cum Domino in eodem labore, & in eodem opere REDEMPTIONIS. Mater enim misericordiarum in opere nostræ salutis. Et vulgo nomen MARIE sic ab ipsa  $\text{עֵינַיָּךְ מְחַיֵּיתֵינוּ}$  *oculorum tuorum nostrorum vivificans* dicitur.

*M*ediatrix.

*A*uxiliatrix.

*R*econciliatrix.

*I*ustificatrix.

*A*dvocata.

4. D.

4. Dicitur autem Christus noster Salvator, quod nos tum merito, tum efficaciam salvet à peccatis Matth. 1. 21. *contra Socinianos, existimantes, Christum esse nostrum Salvatorem præconiò, exemplo & martyriò, non merito.* Quem errorem etiam Contra-Remonstrantes adscribunt Remonstrantibus, ut videre est in Sociniano-Remonstratissimo Nic: Bodecheri c. IIX. & Harmonia Joh. Beltii artic. XI. §. IV. Nec præter rem. Quamvis enim Remonstrantes non partiantur inter modos istos, quibus Christum dicunt Servatorem nostrum quoad meritum & efficaciam, præconium & exemplum, sed Salvos conjungant, & simul Christo tribuendos esse contra Socinum adfirment, *neutiquam rationem definiunt, in quo modorum istorum ratio formalis, cur Christus sit Salvator noster consistat, sed hoc fastidiunt ceu Lex Glozias Academicas, negant etiam vel regulam vel rationem ullam urgere, ut in uno actu constituatur specifica forma officii Salvatoris, aut indignum sit Christi Salvatoris officio, si dicatur etiam Salvator ratione præconi, exempli & martyrii.*

5. Ex hoc Jacobeo voto ita colligo: Quicumque credit & salvifica fide præditus est, ille regeneritus sit, necesse est, quia per regenerationem fides excitatur, & per fidem reddi-



mur filii D'Ei Gal. III. 26. unde Smalcium ipse fatetur in Refut. Franzii p. 458. regenerationem esse fidem ipsam in Christum. At qui Jacobus in V. T. credit & salvificam fidem fuit præditus. Expectavit enim salutem Domini, & quidem magno desiderio. Nam in Ebræo est verbum *יָצַק* quo tale desiderium innuitur, quætenet eos, qui in tenebris, sedent & auroram expectant, uti patet, Job. III. 9. Hoc autem Epistola ad Ebræos de fide Jacobi exponit, cap. XI. 21. E. Jacobus in V. T. verè regeneratus, & filius D'Ei fuit contra Socinianos & cumprimis Smalcium, existimantem regenerationem non fuisse datam ante Christi mortem.

Nec obstat, quod Petrus dicit I. Epist. cap. I. 3. nos regeneratos esse per Christi resurrectionem. Nam phrasis per resurrectionem Christi non exprimit tempus, quasi demum post resurrectionem Christi regeneremur, sed notat causam quòd resurrectio Christi ut & mors ejus causa sit meritorum nostræ regenerationis. Vide Rom. IV. 24.

5. Restat, ut ultimum hujus sacri oraculi vocabulum paucis delibemus. Monent autem Grammatici nomen hoc *νεγεναιμα* 1. novam legicum *ν* emphatico, 2. nunquam legicum affixo, nec 3. habere plurale atq; inde

unde colligunt, esse nomen DEI proprium. Deducitur  
 autem hoc nomen Jehovah à radice יהוה  
 quod significat Fuit, pro quo Ebraei nunc utuntur  
 יהוה per jod, quemadmodum pro antiquo verbo Fui utuntur SUM. Jehovah  
 igitur nominatur ob Esse absolutum & simplicissimum. Est enim αὐτὸν, αὐτῶν, imò  
 αὐτῶν ἑστίν, contra modo nominatos Socinianos, DEum non aliter describentes, quam quod  
 à seipso potestatem divinam super nos habeat, &  
 quod DEitas veri DEI primaria consistat in ejus  
 potestate. Vide Cateches. Racov. c. 1. p. 30.  
 Socin. Relig. Christ. Inst. p. 5. Smalc. Refut. lib.  
 de Error. Arian. p. 92. & 94.

## SENTENTIÆ PATRUM.

de fiduciali Christi adprehensione.

Veniamus cum Simeone Hierosolymam,  
 veniamus in templum, expectemus Christum,  
 Dominum accipiamus in manibus, verbum  
 DEI complectamur, velut brachiis quibusdam  
 FIDEI NOSTRÆ, tunc dimittetur, ut non vi-  
 deat mortem, quia viderit vitam. *Ambros. lib. 2.  
 in cap. 2. Luca T. 4. p. 615. A.*

Inter brachia Salvatoris mei & vivere  
 volo & mori cupio, *Augustinus in Man. c. 23.*

R iij

Der



Der alle Simeon umbfast mit seinen Ar-  
men

Den Heyland/und leß ihn darinnen wol  
erwarten.

Ich wil/ Herr Jesu/ dich mit Glau-  
ben fassen auff/

Ach/ laß mich hier in Fried erfüllen  
meinen Lauff.

E v. 29.

*In patriam tendo, mihi sic via Christe, comit;  
Sic baculus verbum: sis ego tutus eo.*

## ORACULUM SACRUM XVII.

1. Reg. XIX. 4.

TEXTUS HEBRAEUS, cum inter lineari  
Pagnini.

cape	Domine	nunc	Multum
קַח	יְהוָה	עַתָּה	רַב
ego	bonus	non	quia meā animā
אֲנִי	טוֹב	לֹא	כִּי נַפְשִׁי
			meis patribus pro
			פְּאֵרֹתַי

Versio Vulgata.

Sufficit nunc Domine, tolle anima-  
mam